Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

eius iudicabant: Idcirco moyses. & idem ipi pphie legem que iudeis data
est. testamentum vocauit. Qua nisi testator mortuus fuerit confirmatu
testamentum non pt: nec sciri quid in eo scptum sit: Qua clausu & ob
signatum est: Itaq; nisi xpi mortem suscepisset: aperi testamentum. i. reue
lari et nulli misterium dei p non potuisset: Verum scptura omnis in duo
testamenta diuisa est: Illud quod aduentum passionemq; xpi antecessit. i.
lex & pphete: veteris dicitur: Ea vero: que post resurrectionem eius scripta sũt
nouũ testamentum nominatur: Iudei vetere uenerantur: Nos nouo. sed tamen
diuisa non sunt. Qua nouũ veteris adimpletio est: et in utroq; idem testi
tor est xpi: qui pro nobis morte suscepta. nos heredes regni eterni facit. ab
dicato et exheredato ppl̃o iudeorũ: sicut ieremias ppha testatur: cũ loquitur ta
lia: Ecce dies venient dicit dominus & consummabo domui israel: et do
mui iuda testamentum nouum: non secũdũ testamentum: quod disposui
patribus eorũ in die qua appehendi manũ eorum: ut educerem eos de terra eg
ipti: Qua ipsi non pseuerauerunt in testamento eius: & ego neglexi eos
dicit dominus: Idem de alio loco silr ait: derelqui domum meam: dimisi
hereditatem meam. inimicorũ eius factu est hereditas mea mihi sicut leo ter
silua: Dedit ipsa super me vocem suam: Idco odiui eam: cum sit heredi
tas eius celeste regnum: non utiq; ipsam hereditatem dicit odisse: sed hẽ
des: qui adiusis eum ingrati & impij extiterunt: facta est inquit mihi
hereditas mea sicut leo: idest preda et deuoratio factus sum heredibus
meis: qui me immolauerunt sicut pecus: Dedit sup me vocem suam. i.
suias adiusus me morti crucisq; direrunt: Nam quod supius consuma
tum se domui iuda testm̃ nouũ ostendit: ueteris illud testamentum:
quod per moysem datum non fuisse perfectum: Id aũt quod per xpm
dari haberet: consummatum fore: domũ aũt iuda et israel non utiq; iudeos
significat: quos abdicauit: sed nos: qui ab eo conuocati ex gentibus in illorũ
locum adoptione successionis successimus et appellamur filij iudeorũ: qd
sibilla declarat cum dicit: Ιουδαιων μακαριων θεοσ τεκνων ουρανιων
πωρ. Quod aũt futurum esset id genus: Isaias docet: apud quem puer sũ
mus ad filium loquitur dicens: Ego dominus deus vocaui te ad iusticiam
& tenebo manũ tuam. et confirmabo te. & dedi te in testamentũ gẽis mei.
in lucem gentium aperire oculos ceco rũ producere ex uinculis alligatos &
de domo carceris sedentes in tenebris: Cum igitur nos antea tamq; ceci:
& tamq; carcere structuce meruisset sederemus in tenebris. ignorantes deũ &
veritatem illuiati ab eo sumus: qui nos testamento suo adoptauit. & li
beratos malis vinculis atq; in lucem sapientie productos in hereditatem

Iudeorum beatum
diuinũ genꝰ celestiũ.